

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Rudolphi Goclenii Exercitationes et disputationes ethicae & politicae

Goclenius, Rudolph

Marpurgi Cattorum, 1601

LXXXVI. An quis virginem abducens consentientem ex faciat injuriam?

[urn:nbn:de:bsz:31-109121](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-109121)

injuriam infert sediciosus, improbus, immanis vir, seipsum interficiens? Resp. Etiam Civitati, cum eripitur ei copia justæ animadversionis, & pœnæ. Sed præterea etiam Deo, ut Plato in Phædone disputat, injuriam inferunt sui ipsorum interfectores. Cum enim contra voluntatem Dei de sua quasi statione, in quam collocatus est, discedatis, qui sua sponte è vita excedit, hæc injuria & ignominia ad Deum pertinere videtur. Contra Stoicos. Accipit autem (ut, unde sit dissensio inter summos philosophos intelligatur,) aliter Aristoteles injuriam quam Plato. Injuriam facere, seu *ἀδικεῖν* Aristoteli est sponte sua alicui contra illius voluntatem nocere. Hæc externa injuria est. Sed Platoni præterea injuriam facere est, rationem appetitui subjicere, frenos laxare cupiditatibus, indulgere affectibus. Hæc est interna injuria, qua quis adversus potlorem ac nobiliorem sui partem (rationem) injurius est. Hanc injuriam externa illa sequitur.

LXXXVI.

*An quis virginem abducens consentientem ei
faciat injuriam?*

Distinguitur.

CUM in Ethicis dicatur: volenti non fieri injuriam: queritur, an raptor virginis consentientem

consentientis sic injurius. Respondetur: Et si
virginis simpliciter volenti & consentienti
non fiat injuria: tamen parentibus maximam
fieri existimandum est. His enim puella iniquis-
sima vi clam eripitur. Talis igitur raptus seu
abductio sub atroci pœna in jure Cæsareo est
prohibita. Disertè dico Simpliciter. Quia ali-
quando etiam si rapio virginem volenti te-
neor: C. de raptu virginis, L. una, nempe cum
ex una parte intervenit voluntas, & ex altera
dolosa persuasio. Quia is qui decipitur pro nõ
volente habetur: Imò dolosa persuasio plus
est quàm violenta coactio, ff. de libero homi-
ne, l. 3. §. Si quis volentem.

Scienti &
consentienti
non fit
injuria, ne-
que dolus:
scilicet con-
sentienti
simpliciter;

LXXXVII.

*An rectè dictum à Cicerone in Officiis: Nemini
nocendum, nisi laceffaris injuria?*

Distinguitur. Formula orationis.

Exordium ab adjunctis rei ipsius. Magni inter-
est probè perspectum habere, quæ in
prophanis autoribus sacris literis con-
sentanea sint, & quæ dissentiant ab eisdem.
Ratio ab effectis. Nam qui id ignorant, in tene-
bris quandoq; versantur, prophana pro sacris
amplectuntur, contrà, res sacras quasi profa-
nas explodunt. *Expositio negotii.* Id si Laetantio
dicam contingere, cum Ciceronem exigi-
tat, quod docuit licitum nocere viro justo, si
laceffa-